



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii  
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,  
omnibusque conscientiæ nodis**

**Bonacina, Martino**

**Coloniæ Agrippinæ**

Legitima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41152**

et: item ium jus commune, nisi lex aliud aparte dicat. vid. c. I. de con-  
egislato-  
rum, a  
in contrac-  
emittens  
onstantia-  
on serva-  
at de co-  
lune, a  
ilè obli-  
l. 1. de j  
23. à na-  
i confusio-  
num. 8.  
6. art.  
6. An-  
recipimus  
catur, fa-  
amus, ve-  
us, & co-  
r. he. 4.  
l. e.  
n anno-  
dicat, p.  
Quineti-  
trarios,  
cundum  
er, cim  
lv. con-  
do &  
esse re-  
ur, nisi  
princi-  
Quidam  
sid hic-  
gulam  
Azor,  
i, nisi  
ria so-  
lum

rum, a  
in, lib. 6.  
Lex revocatoria privilegiorum non habet vim, usque ad  
publicationem.

## Legitima:

Legitima, si filii sint plures, quam quatuor, est dimidia pars bonorum, quae reliqua sunt solutis debitis defuncti: & impensa tuneris, quod si non plures, est tertia tantum pars, atque id est, quod inter omnes dividendum necessario, est enim debitum filiis legitimis, eisque mortuis, neporibus legitimis. Debetur autem à matre etiam filiis naturalibus, non autem spuriis. Debetur & parentibus legitima à filiis non habentibus filios, & fratribus ex parte patris, si quis infamem heredem instituat, cum illi non essent ingratii. Quod si illis in testamento nihil esset relictum, esset nullum; si autem minus legitima, supplendum. De hac re multa Mol. d. 177. Vid. Sylv. usq. legitima portio: num. 1. Si autem) Syl. l. c. n. 8. l. omnimodo, Q. de moffic. test Mol. l. c. col. 1.

Non potest filiae legitima tolli statuto, secundum quosdam, sed potest statui, ut sit contenta dote sufficiente, modo ne enormitteret edatur. Potest vero, secundum alios, legitima statuto minui, & ex causa tolli, sed non alimenta, nec dos, & quidem alcubi per primogenitaram privantur alii filii legitimi. Vid. Syl. l. c. n. 3. Cova. in 4. Decret. p. 2. c. 8. §. 6. num. 5. docet, legitimam lege, aut statuto minui posse, usque ad quantitatem alimentis necessariam, tunc autem prorsus tolli, cum filius necessaria ad vitam aliunde habet.

Filia dotata potest petere supplementum legitimæ, si ei non renuntiavit expressè. Computanda autem sunt omnia ei data à patre occasione matrimonii, exceptis vestibus ad usum quotidianum necessariis.

Renuntiatio legitimæ facta per metum, non firmatur iuramento, vid. Lopez. p. 2. c. 23 Covar. in c. quamvis de pact. 93. § 4. num. 2.

Filius renuntians hereditati etiam cum juramento, potest petere supplementum legitimæ, in quam tamen computandum, quod ex bonis patris inhonestè expendit, nisi presumatur pater donasse. Supplementum autem legitimæ non petitum, potest petere heres etiam extraneus. vid. Cov. in cap. Rayn. de testam. § 1. num. 8.

B b

Non

Non computatur regulariter in legitimam donatio pri  
ab initio valida, computatur autem, secundum quocun  
quæ morte confirmata, & donatio dotis, aut prop  
nuptias, aut pro liberatione filii à pena delicti. vid. Con  
in c. Raynul. de testam. §. 2. num. 6.

Filiæ ob hæresin patris damnati privantur legitima, &  
autem ob ejus crimen læse majestatis, secundum quocun  
Vide Sylv. l. c. num. 5.

Ex donatione Ecclesiæ facta detrahitur legitima filii  
bita, si post illam nascuntur. Covar. l. 1. var. resol. cap. 19. n.  
Quidam tamen putant, omnem prorsus donationem revoca  
ri, ibid. num. 11.

Legitima judicis arbitrio, & non heredis, ex hæreditate  
deducenda.

### Libri.

Libri, & Tractatus Astrologiæ judiciariæ, Geomantia  
Chiromantia, &c. Magiæ, Sortilegiorum, auguriorum  
&c. ne legantur, sed dentur Episcopis, vel Inquisitoribus.  
Bulla Sixti V.

### Libellus famosus.

Vide v. Detraction.

### Ligamen.

Vide v. Matrimonium.

### Litteræ.

Litteras alienas aperire, & legere mortale, est, nisi sit fa  
bentis Superior, aut faciat sua ratihabitione, aut inadve  
nter, aut contineant res parvi momenti, aut habeantur pro  
derelictis, aut sint inimici, quo timetur aliquid mali, aut si  
governator tempore belli, nec sit periculum magni damni  
Nav. c. 18. nu. 53. v. falsarius. num 2. Lopez. p. 2. c. 43. Alii sicut  
Nav. Lopez. l. c. Fum. v. litteræ 1. & falsarius, num. 4.

Locatio